




15\ Source

3/2

ZFG. II (2)



22900036664









**PISTIS SOPHIA.**

PISTIS SOPHIA  
OPUS GNOSTICUM  
VALENTINO ADJUDICATUM  
E CODICE MANUSCRIPTO COPTICO LONDINENSI  
DESCRIPSIT ET LATINE VERTIT  
M. G. SCHWARTZE  
EDIDIT  
J. H. PETERMANN.  
1851. gr. 8. cart. 6 Thlr. 20 Sgr.

# PISTIS SOPHIA

OPUS GNOSTICUM

## VALENTINO ADJUDICATUM



E CODICE MANUSCRIPTO COPTICO LONDINENSI  
DESCRIPTUM

LATINE VERTIT

**M. G. SCHWARTZE**

EDIDIT

**J. H. PETERMANN.**

---

BEROLINI  
APUD FERD. DÜMMLERUM.  
MDCCCLIII.

ZFG. II (2)



Factum vero (δε) est, quum Iesus resurgeret e mortuis, pag. 1  
et transigeret undecim annos loquens cum suis μαθηταις  
et docens eos usque ad τοπους tantummodo primorum  
praeceptorum atque usque ad τοπους primi μυστηριου,  
5 huius, quod intra καταπετασμα, intra primum praeceper-  
tum, quod ipsum est vicesimum quartum μυστηριου, at-  
que infra haec, quae sunt in secundo χωρηματι primi  
μυστηριου, quod ante μυστηρια omnia: pater similitudinis  
columbac: dixit Iesus suis μαθηταις: veni e primo μυσ-  
10 τηριῳ illo, quod idem est ultimum μυστηριου, quod vice-  
simum quartum est; quod eius μαθηται haud cognovere  
neque intellexere (νοι), quia haud quisquam est intra  
μυστηριου illud; sed (αλλα) putabant, μυστηριου illud ip-  
sum esse κεφαλην universi et eaput omnium, quae  
15 sint, et putabant, ipsum esse finem finium omnium;  
propterca quod Iesus dixit iis de μυστηριῳ illo, nam ip-  
sum circumdat (aut: explorat) primum praeceptum et

Omnia, cancellis: ( ) circumdata, non pertinent ad aucto-  
rem codicis MS., sed ad Schwartzium interpretem. Contra  
huiusmodi uncis [ ] inclusa libri Coptici contextui inserta  
sunt. 1. resurgeret (resurrexisset P.), transigeret (transegit P.) 3. tantummodo (adeo? P.) 4. praeceptorum (quum per  
totum librum de uno tantum praecepto primo, non de plu-  
ribus sermo sit, dixerim equidem, in textu pro ḥ ḥ ψρη τωψ  
legendnm esse aut ḥ ψρη τωψ, aut ḥ ψρη ḥ τωψ, aut ḥ  
ψρη ḥ τωψ. P.) 5. ad verbum: quod (sc. est) internum  
καταπετασματος, quod intra. P. 11. eius (non legitur „eius”  
in textu. P.) 12. quisquam est (vel potius: esse aliquem s.  
aliquid. cf. p. 3. l. 21. P.) 17. (aut: explorat S. vel: ipsum

- 2 quinque *χαραγματας* et magnum lumen et quinque *παραστατας* atque etiam *θησαυρον* omnem lueis.

Atque rursus haud dixerat Iesus suis μαθηταις dispersionem (i. e. emanationem) omnem τοπων omnium magni αօρατων et trium τριδυναμεων et viginti quatuor 5 αօρατων, eorumque τοπων, eorumque αιωνων, eorumque ταξεων omnium secundum modum, quo dispergantur (i. e. emanent) hi, qui iidem sunt προβολαι magni αօρατου; atque etiam (se. non dixit) eorum αγεννητους atque etiam eorum αυτογενεις atque etiam eorum γεννητους atque etiam 10 eorum φωστηρας atque etiam eorum χωρισσυνζυγους atque etiam eorum αρχοντας atque eorum εξουσias atque eorum dominos atque eorum αρχαγγελους atque eorum αγγελους atque eorum δεκανους atque eorum λειτουργους atque οικους omnes eorum σφαιρων atque ταξεις omnes 15 unius eiusque eorum; neque dixerat Iesus suis μαθηταις dispersionem (emanationem) omnem προβολων θησαυρου neque (ουδε) eorum ταξεις, quomodo dispergantur, neque (ουδε) dixerat iis illorum σωτηρας secundum (κατα) ταξεις unius cuiusque, secundum modum, quo sint, neque (ουδε) 20 dixerat iis, quisnam φυλαξ sit iuxta unam quamque θησαυρου lucis, neque (ουδε) dixerat iis τοπον σωτηρος geminorum, qui est puer pueri, neque (ουδε) dixerat iis τοπον trium αμην, quo in τοπω dispergantur, neque dixerat iis, in quonam loeo (τοπω) emanent (ενρ εβολ, spargi, dis- 25

circumdare s. explorare. P.) 1. et magnum (atque etiam magnum. P.) 1. et quinque (atque etiam quinque. P.) 5. αօρατων: Alterum κι in textu videtur expungendum, atque hinc vertendum: αօρατου. cf. l. 8. P.) 6. τοπων (add. omnium. P.) 15. atque ταξεις (add. etiam. P.) 18. eorum (earum. P.) 19. illorum (illarum. P.) 23. qui est (add. idem. Infra p. 13. l. 17. et Cod. p. ειτ. α. et ποσ. α. pro „qui est” legitur „qui sunt” P.)

pergi) quinque arbores neque (*ουδε*) etiam septem *αμην*, quae eadem sunt septem *φωναι*, quisnam sit eorum *τοπος*, secundum (*κατα*) modum, quo emanent; neque dixerat Iesus suis *μαθηταις*, quonam *τυπω* sint quinque *παρασταται*, aut quo in *τοπω* educantur; neque (*ουδε*) dixerat iis quinque *χαραγματας* neque (*ουδε*) de primo praecepto, quo in *τοπω* educantur; sed (*αλλα*) *ἀπλως* tantum locutus est cum iis docens eos, ista esse; sed (*αλλα*) eorum emanationem atque *ταξιν* eorum *τοπων* haud dixerat iis, 10 quomodo sint; propter hoc ipsum nescierunt, esse alios *τοπους* intra *μυστηριον* illud; neque dixerat suis *μαθηταις*: quo in *τοπω* egressus sim, usque dum intrem in *μυστηριον* illud, usque dum exeam (*προελθε*) ex illo, sed (*αλλα*) dixit iis docens eos: *veni e μυστηριῳ* illo. Propterea 15 igitur existimabant de *μυστηριῳ* illo, istud esse finem finium omnium, atque istud esse *κεφαλην* universi, atque istud esse *πληρωμα* omne. Quoniam (*επειδη*) Iesus dixit suis *μαθηταις*: *μυστηριον* illud ipsum circumdat (aut explorat) universa. Quae dixi omnia vobis inde a die, 20 quo occurri (*απαντα*) vobis usque (*ἕως*) ad diem hodiernum; propterea igitur *μαθηται* existimabant, haud quidquam esse intra *μυστηριον* illud.

4

Factum igitur est, quum *μαθηται* sederent apud sese in monte olivarum, dicentes haec verba et gaudentes 25 magno gaudio et exultantes valde atque dicentes sibi invieem: nos *μακαροι* sumus prae (*παρα*) hominibus omnibus, qui in terra, quod *σωτηρ* revelavit haec nobis et

5. educantur (add. *ουδε* dixerat iis, quonam modo magnum lumen dispergatur s. emanet, aut quo in *τοπω* educatur P.) 10. quomodo sint (ad verbum: *κατα* modum, quo sint P.) 10. alios *τοπους* (quaeritur, utrum in textu scriendum sit *οτι* κε *τοπος* „esse alios *τοπους*”, ut b. S. vult, an *οι* πι κε *τοπος* „qui sint alii *τοποι*” P.) 19. universa (vel potius: quae universi sc. sunt P.)

a \*

accepimus πληρωμα omne et perfectionem omnem: haec illis dieentibus secum invicem, Iesus sed sit remotus ab iis paululum. Factum vero (δε) est decimo quinto lunae, mensis Tobe, qui idem est dies, quo luna impletur, die igitur illo, quum sol ortus esset in sua θατει, egressa 5 est post eum magna δυναμις lucis, lucentis quam maxime, nullus modus luci, qua erat (scil. δυναμις, i. e. δυναμις splendebat lumine immenso). Exiit enim (γαρ) e lumine luminum, nec non exiit ex ultimo μυστηριῳ, 10 quod idem est vicesimum quartum μυστηριον, ab internis usque ad interna, quae sunt in ταξει secundi χωρηματος primi μυστηριου. Ipsa vero (δε) vis illa luminis venit super Iesum et circumdedit eum totum. Sedebat remotus a suis μαθηταις et lucebat maximopere, nullus modus lumini, quod erat ei.

15

Atque μαθηται haud viderant Iesum prae magno lumine, in quo erat aut quod erat ei. Eorum enim (γαρ) oculi erant obtenebrati prae magno lumine, in quo erat. Sed (αλλα) conspexerant tantummodo lumen, emit- 20 tens ακτινας lucis magnas. Neque aequales erant secum invicem ακτινες, atque lumen erat varii modi et erat vario τυπω, ab inferiori partem usque ad superiorem, alter praestantior altero, infinito modo (proprie: vice aut gradu haud admittendo), in magno splendore lumi- nis immensi. Pertingebat a terra usque ad caela. At- 25 que μαθηται videntes lumen illud, fuerunt in magno timore et in magna perturbatione.

6 Factum igitur est, quum vis luminis venisset super Iesum, circumdedit eum paulatim. Tunc (τοτε) Iesus evectus est aut volavit in altitudinem, lucens maximo- 30

1. πληρωμα omne (deleatur „omne” P.) 5. ortus esset (vel „oriretur” P.) 11. interna (externa P.) 11. ταξει (ταξει cf. infra p. 8. l. 1, sed et p. 7. l. 20. P.) 20. magnas (multas P.) 21. ακτινες (add. luminis P.) 28. luminis (add. illa s. illius P.)

pere, lumine immenso. Atque *μαθηται* intuiti sunt pone eum, nullo eorum loquente, usque dum Iesus adseenderet in caelum. Sed (*αλλα*) erant omnes in magna στρωσι. Haec igitur facta sunt decimo quinto lunae, die,  
5 quo impletur mense Tobe.

Faetum igitur est, quum Iesus adseendisset in caelum post tertiam horam, turbatae sunt omnes vires caelorum et agitatae sunt omnes inter se invieem, istae earumque *αιωνες* omnes, earumque *τοποι* omnes atque 10 etiam carum *ταξεις* omnes, atque terra commota est, nee non inhabitantes eam cuncti. Et perturbati sunt homines omnes in κοσμῳ atque etiam *μαθηται*, et opinati sunt omnes, num forsitan convolveretur κοσμος. Neque desierunt vires omnes, quae in caelo, conturbari, illae 15 et κοσμος totus, et commotae sunt omnes super se invieem inde ab hora tertia decimi quinti lunae Tobe usque ad horam nonam diei sequentis. Et *αγγελοι* omnes eorumque *αρχαγγελοι* atque etiam vires omnes altitudinis eanebant ύμνους, omnes, interno internorum, ita 20 ut (*ώςε*) κοσμος totus audiret eorum vocem, haud desinentium usque ad horam nonam diei posteri. *Μαθηται* vero sedebant apud se invieem timentes, atque conturbabantur quam maxime. Timabant autem (*δε*) propter magnum motum, qui erat, atque lacrimabantur secum 25 invieem, dicentes: quid futurum est? Numquid *σωτηρ* solvet *τοπους* omnes? Haec dicentes lacrimabantur secum invieem. Hora nona diei posteri caela aperta sunt, atque viderunt Iesum deseendentem, lueentem quam maxime, nullus modus eius *ακτισι*. Neque eius lux aequalis erat

7

6. adseendisset (adseenderet P.) 10. terra (add. tota P.)  
 12. omnes (add. qui P.) 25. quid (add. αρα P.) 29. nullus  
 modus (add. lumini ipsius, in quo erat. Lucebat γαρ magis  
 quam hora, qua adseenderat in caela, ita ut [*ώςε*] non pos-  
 sent homines κοσμου efferre lumen, quod erat ei, et eii-

seeum, sed (*αλλα*) erat varii modi et erat vario *τυπῳ*, aliquot (sc. *ακτινες*) praestantiores inter se infinito modo. Atque erat lux tota secum invicem. Erat tribus modis, atque erat alter praestantior altero, infinito modo. Secundus, qui in medio, praestabat primo inferiori (sc. 5 loco posito), et tertius, superior istis omnibus, praestabat secundo inferiori. Et primus splendor positus est infra haec omnia, similis luci, quae venit super Iesum, antequam adseendit in caela, et aequalis sibi erat valde quoad suum lumen. Atque tres modi luminis erant variae lucis et erant vario *τυπῳ*, aliis aliis praestantibus infinito modo.

8

Factum vero (*δε*) est, quum *μαθηται* vidissent haec, timuerunt valde et perturbati sunt. Jesus igitur iniunctorum et miti animo, quum videret suos *μαθητας* perturbatos magna perturbatione, locutus est eum iis dicens: confidite; ego sum; ne timete. Factum vero est, quum *μαθηται* audissent hoc verbum, dixerunt: Domine! si tu attrahis (attraxeris) tibi tuam lueem splendentem, poterimus stare; sin minus, nostri oculi obcaecati sunt, et 20 perturbati sumus, atque etiam perturbatus *κοσμος* totus prae magno lumine, quod est tibi: tum (*τοτε*) Jesus attraxit sibi splendorem sui luminis; quo facto, eonfisi *μαθηται* omnes venerunt ad Iesum, prostraverunt se omnes simul, adorantes eum, gaudentes magno gaudio, 25 dixerunt ei: Hrabbei, quo ivisti? aut quanam est *διακονια*, qua ivisti? (i. e. quam *διακονιαν* abiens subiisti?), aut in quonam (i. e. quapropter) sunt hae perturbationes

iebat *ακτινας* luminis quam maxime, nullus modus P.) 7. secundo inferiori (vel potius: duobus inferioribus P.) 10. in textu per errorem dedimus *τιγρωτε* π ἐκι οὐοειν pro *τιγρωτε* π *ἐκι οὐοειν* P. 17. vero (igitur P.) 18. tibi (vel potius: si tu es, attrahe tibi P.) 19. splendentem, (add. et P.) 21. perturbatus (add. est P.) 27. *διακονια* (add. tua P.)

omnes et hi motus omnes, qui faeti sunt? Tune (*τοτε*) dixit iis Iesus miserieors: gaudete, laetamini inde ab hac hora, quod veni ad *τοπους*, e quibus exii. Inde ab hoe igitur die loquar vobiseum in *παρόντιᾳ* inde ab *αρχῇ* 9 *αληθειᾳ* usque ad eius finem, atque loquar vobiscum e facie in faciem sine *παραβολῃ*. Haud celabo quidquam vos inde ab hac hora horum, quae (sc. pertinent) ad altitudinem et horum, quae (pertinent) ad *τοπον αληθειᾳ*. Data enim (*γαρ*) *εξουσίᾳ* mihi ab Ineffabili et a primo 10 *μυστηριῳ μυστηριῶν* omnium, ut loquar vobiseum inde ab *αρχῇ* usque ad *πληρωμα*, atque ab internis usque ad externa, et ab externis usque ad interna. Audite igitur, (ut) dicam vobis res omnes.

Factum est, quum sederem remotus a vobis pau- 15 lulum in monte olivarum eogitans *ταξεις διακονιας*, propter quam missus sum, quod impleta est, atque nondum misit mihi meum vestimentum (*ενδυμα*) ultimum *μυστηριον*, quod idem est vicesimum quartum *μυστηριον* ab internis usque ad externa: haee sunt in secundo *χωρηματι* primi 20 *μυστηριον* in *ταξει χωρηματος* illius.

Factum igitur est, quum intelligerem, absolutam esse *ταξιν* meae *διακονιας*, propter quam venerim, et nondum *μυστηριον* illud misisse mihi meum *ενδυμα*, hoe, quod posui in eo, usque dum impleretur eius tempus; 25 haec igitur meditatus sum sedens in monte olivarum, remotus a vobis paululum: factum est sole oriente in locis ortus, quo faeto igitur, per primum *μυστηριον*, quod erat inde ab initio, propter quod universum eratum est, e quo exii ego quoque nunc, haud tunc, quum 30 nondum crucifixerant me, sed (*αλλα*) nunc: factum est *κελευσει μυστηριον* illius, misit mihi meum *ενδυμα* lucis hic, qui dedit istud mihi inde ab initio hoe, quod posui in ultimo *μυστηριῳ*, quod idem est vicesimum quartum 10

19. haec (add. quae P.) 22. meac (deleatur: meae P.)

μυστηρίου, inde ab istis quae sunt in ταχεῖαι secundi χωρημάτος primi μυστηρίου; ενδύμα igitur illud, quod posui in ultimo μυστηριώ, usque dum impleretur tempus, ut induerem istud mihi, et ut inciperem (*ἀρχεθαι*) loqui eum γενει humano, et ut revelarem illis omnia inde ab 5 αρχῇ αληθειας usque (*έως*) ad eius finem, atque ut loquerer eum iis inde ab internis internorum usque (*έως*) ad externa externorum, nee non ab externis externorum usque (*έως*) ad interna internorum, — gaudete igitur, laetamini, atque amplius gaudete, quod vobis datum 10 est, ut loquar vobiscum primus inde ab αρχῇ αληθειας usque (*έως*) ad eius finem. Propterea quoque elegi vos ab initio per primum μυστηριον; gaudete igitur, laetamini, 11 quod, posteaquam veni exiens in κοσμον, ab initio duxi duodecim vires mecum secundum (*κατὰ*) modum, quem 15 dixi vobis ab initio. Sumsi eas a duodecim σωτηροι θησαυρου luminis κατα κελευσιν primi μυστηρίου. Has igitur inieei in uterum vestrarum matrum, veniens in κοσμον, quae sunt in vestro σωματι hodie. Datae enim (*γαρ*) sunt hae vires vobis prae (*παρα*) κοσμῳ toto, quod vos 20 servaturi estis κοσμον totum, atque ut possitis sifferre απειλην αρχοντων κοσμου, atque aerumnas του κοσμου, eorumque κινδυνους, eorumque διωγμους omnes, inferendos in vos ab αρχοντων altitudinis. Dixi enim (*γαρ*) vobis multis vicibus, vim, quae insit in vobis, duxisse me e 25 duodecim σωτηροι, qui sint in θησαυρῳ luminis. Propter hoe ipsum dixi vobis ab initio, vos non esse ε κοσμῳ. Idem ego non sum ex eo. Homines enim (*γαρ*) oinnes,

1. istis (pro „istis” legendum videtur: internis usque ad externa. cf. nota textui h. l. subiecta P.)
7. internis (interno P.)
8. externa (externum P.)
8. externis (externo P.)
9. interna (internum P.)
10. laetamini (exultatione P.)
22. atque (add. etiam P.)
23. eorumque („atque etiam eorum” bis P.)

qui in κοσμῷ, sumserunt ψυχὴν ab αρχούσι τῶν οἰωνῶν. Vis autem (δε), quae est in vobis, e me est. Vestra vero (δε) ψυχὴ pertinet ad altitudinem. Adduxi duodecim σωτῆρας τοῦ θησαυροῦ lucis, quas sumisi e μέρει meae vis,  
5 quam aeeperi primam. Et quum venissem intrans in κοσμὸν, veni in medium αρχούσι τῶν σφαιρῶν, similis Gabrieli αγγελῷ οἰωνῶν, neque cognoverunt me αρχόντες οἰωνῶν, sed (αλλὰ) opinabantur, me esse Gabrielem αγγελον.

12

Factum igitur est, quum venissem in medium αρχούσι τῶν οἰωνῶν, intuitus desuper in κοσμὸν hominum per κελευσίν primi μυστηρίου, inveni Elisabetam matrem Iohannis baptistae (Βαπτιστοῦ), antequam coneoperat eum. Insevi vim in eam, quam accepi a parvo Ιω, αγαθῷ, qui est in medio, ut posset praedicare ante me, et pa-  
15 raret meam viam, et baptizaret (Βαπτιζε) aqua remissio-  
nenem peccatorum. Vis igitur illa est in σωματὶ Iohannis. Atque etiam in loco ψυχῆς αρχούσι τῶν, destinato ad acci-  
piendam eam, inveni ψυχὴν Heliae prophetae (προφήτου)  
in οἰωνῇ σφαιρᾷ, et sumsi eum, et accepi eius ψυχὴν quo-  
20 que, duxi eam in παρθενοῦ lueis, et (haec) dedit eam suis παραλημπτορῖν, (qui) duxerunt eam in σφαιρὰν αρχούσι τῶν et intulerunt eam in uterum Elisabetae. Vis autem (δε)  
parvi Ιω, huius, qui in μεσῷ, et ψυχὴν Heliae prophetae (προφήτου), ligatae sunt in σωματὶ Iohannis baptistae (Βαπ-  
25 τιστοῦ). Propter hoc igitur dubitavistis tempore, quo dixi  
vobis: dixit Iohannes: ego non sum Christus, atque di-  
xisti mihi: scriptum est in γραφῇ, si Christus venerit ad gressus, venit Helias ante eum, et parabit eius viam.  
Ego vero (δε), quum dixissetis milii haec, dixi vobis:  
30 venit quidem (μεν) Helias, et paravit res omnes secun-  
dum (κατὰ) modum scriptum; et feeerunt ei, sieut vo-

13

3. corrector legit: duodecim vires XII σωτῆρων. 5. ac-  
cepi („aceperunt”; nisi forte αἴσθιται „acecepi” legendum in  
textu pro αἴσθιται P.) 15. remissionem (remissionis P.)

luerunt. Et quum cognossem, vos non intellexisse (*vci*), quae dixerim vobis de ψυχῇ Ieliae, ligata in Iohanne baptista (*Βαπτισῆ*), respondi vobis in sermone in παρόντιᾳ, e facie in faciem: si vultis capere, Iohannes baptista (*Βαπτισῆς*), iste est Elias, quem dixi venire.

Pergens iterum in sermone Jesus dixit: factum est post haec per κελευσιν primi μυστηρίου, vidi desuper in κοσμῳ hominum, inveni Mariam, quae vocatur mea mater secundum (κατὰ) σωμα ὄλης, locutus sum etiam cum ea κατὰ τὸν τύπον Gabrielis, et, quum convertisset se in altitudinem ad me, intuli in eam primam vim, quam accepi e τῇ Βαρβηλῷ, hoc est σωμα, quod εφοργά in altitudine. Atque in locum ψυχῆς intuli in eam vim, quam accepi a magno Sabaoth, αγαθῷ, qui est in τοπῷ dextro. Et duodecim vires duodecim σωτηρῶν θησαυροῦ lucis, quas accepi a duodecim διακονοῖς, qui in μεσῷ, intuli in σφιραν ἀρχοντῶν. Atque δεκανοὶ ἀρχοντῶν eorumque λειτουργοὶ putabant, animas (*ψυχὰς*) esse ἀρχοντῶν, et duxerunt eas λειτουργοὶ. Ligavi eas in σωμα vestrarum matrum. Et quum vestrum tempus impletum esset, progenuerunt vos in κοσμῷ, nulla ψυχὴ ἀρχοντῶν existente in vobis. Et accepistis vestrum μέρος e vi, quam inflavit in κερασμὸν ultimus παραστατής, quae mixta cum αριστοῖς omnibus et ἀρχοντινοῖς omnibus et αἰωνὶ omnibus („et αἰωνὶ omnibus” in marg. addita): ἀπαξ ἀπλῶς est mixta cum κοσμῷ perniciei, qui est κερασμός; hanc eduxi a me ab initio, intuli in primum praeceptum, et primum praeceptum intulit μέρος eius in magnum lumen, et magnum lumen intulit μέρος in eo, quod accepit, in quinque παραστατας, et ultimus παραστατής accepit μέρος in eo, quod accepit, intulit in κερασμὸν; et factum est in his omnibus, quae sunt in κερασμῷ, secundum (κατὰ) modum, quem iam dixi vobis.

6. factum (add. igitur P.) 7. vidi (add. denuo P.)  
 16. pro σφιραι legendum σφεραι (i. e. σφαιραι) P.

Haec igitur quum Iesus dixisset suis μαθηταις in monte olivarum, perrexit Iesus adhuc in sermone cum suis μαθηταις: gaudete, laetemini et adiiciatis gaudium super vestrum gaudium, quod impleta sunt tempora, ut 5 induam meum ενδυμα, quod paratum est mihi ab initio, hoc, quod posui in ultimo μυστηριω usque ad tempus suae perfectionis. Eius tempus vero (δε) non impletum erat, tempus iubendum (επονηκελευε) a primo μυστηριω, ut loquar vobiscum ab αρχῃ αληθειας usque ad eius 10 finem; et inde ab internis internorum, propterea quod κοσμος servandus est per vos. Gaudete igitur, lactemini, quod estis μακαριοι prae (παρα) hominibus cunetis in terra, quia vos servaturi estis κοσμον totum.

Factum igitur est, quum Iesus finisset loqui haec 15 verba cum suis μαθηταις, pergens adhuc in sermone, dixit iis: ecce, εφορησα meum ενδυμα; atque data est mihi εξουσια omnis a primo μυστηριω. Adhuc (ετι) parvum tempus est, et dieam vobis μυστηριον onine, et πληρωμα omne, et haud celabo quidquam vos inde ab hae hora, 20 sed (αλλα) in perfectione absolvam vos πληρωματι toto, et perfectione omni, et μυστηριω omni, quae eadem sunt finis finium omnium, et πληρωμα πληρωματων omnium, atque γνωσις γνωσεων omnium, quae sunt in meo ενδυματι. Dieam vobis μυστηρια omnia inde ab externo externorum 25 usque ad internum internorum: πλην audite, dieam vobis res omnes, quae evenerunt mihi.

16

Faetum igitur est, quum sol exortus esset in locis orientis, descendit magna δυναμιс lueis, in qua meum ενδυμα, quod posui in vicesimo quarto μυστηριω, sicuti

3. gaudete (add. et P.) 8. impletum erat (vel potius: tempus δε perfectionis suae est etc. b. S. legit ἀπεργων pro ἡ περγων P.) 10. internis (interno P.) 15. μαθηταις (ad suos μαθηταις P.) 16. ecce (add. igitur P.) εφορησα (φορεω? P.) 27. exortus esset (vel: „exoriretur” P.) 29. sicuti

iam dixi vobis nunc. Et inveni μυστηριον in meo ενδυματι, scriptum in quinque verbis, quae (pertinent) ad altitudinem: *zama zama ózza rachama ózai*, euius est solutio: μυστηριον, quod est extra in κοσμῳ, cuius causa universum factum est, hoc est egressio omnis et elatio 5 omnis, hoc proiecit emanationes omnes et haec, quae sunt in istis omnibus. Et huius causa μυστηριον quod-  
quod factum est atque etiam eorum τοποι omnes. Veni  
17 ad nos, quod nos socia tua μελη. Nos autem (δε) omnes teum quoque. Nos unus idemque, atque (tu es) unus 10 idemque (sc. tecum et nobiscum). Istud est primum μυστηριον, quod factum est ab initio in hoc, qui ineffabilis, antequam προηλθε; atque nomen illius nos omnes sumus.

Nunc igitur nos omnes simul vivimus tibi apud ul- 15 timum ὄριον, quod idem est ultimum μυστηριον inde ab internis. Istud quoque μέρος est nostri. Nunc igitur misimus tibi tuum ενδύμα, quod ipsum tuum est inde ab initio, quod posuisti in ultimo ὄρῳ, qui idem est ultimum μυστηριον ab internis, usque dum eius tempus 20 impleretur κατα κελευσιν primi μυστηριον. En, tempore eius absoluto, dabo id tibi. Veni ad nos! quia stamus apud te omnes, ut induamus tibi primum μυστηριον eius-  
que gloriam omnem per κελευσιν ipsius, quod dedit no-  
bis primum μυστηριον, existens ενδύματα duo, quo indua- 25 mus te, praeter (χωρις) hoc, quod misimus tibi, quia es dignus iis, quia (επειδη) tu es prior nobis atque factus est ante nos. Propter hoc igitur primum μυστηριον misit tibi per nos μυστηριον suae gloriae totius, quod est: εν-

(κατα modum). 2. proprie προαι est γραμμα, dein omnino Scriptum aliquod, liber. Puto, hoc in loco significare: scrip-  
tum verbum. 4. κοσμῳ (vel: extra κοσμον? P.) 12. factum est (sunt P.) 22. dabo id tibi (induamus tibi? P.) 28. factus est (pro „est” legendum: „es” vel: fuisti P.)

δυματα duo. Primum quidem (*μεν*), est in eo gloria omnium nominum omnium μυστηριων atque προβολαι omnes ταξεων χωρηματων istius, qui ineffabilis est. Et secundum ενδυμα, quod est in eo gloria omnis nominis μυστηριων 5 omnium et προβολων omnium, quae sunt in ταξεσι χωρηματων duorum primi μυστηριου. — Et hoc ενδυμα, quod misimus tibi nunc, est in eo gloria nominis μυστηριου, μηνευτου, quod idem est primum praeceptum, atque μυστηριου quinque χαραγμων, et μυστηριου magni πρετβευτου 10 huius, qui est ineffabilis, quod idem est magnum lumen, atque etiam μυστηριου quinque προηγουμενων, qui iidem sunt quinque παρασταται, atque etiam est in ενδυματι illo gloria nominis μυστηριου ταξεων omnium προβολων θησαυρου lucis, atque etiam eorum σωτηρες, atque etiam 15 ταξεις ταξεων, quae sunt septem αμην, et quae sunt septem φωναι, atque etiam quinque arbores, atque etiam tria αμην, atque etiam σωτηρ geminorum, qui sunt pueri, atque etiam μυστηριου novem φυλακων trium πυλων θησαυρου luminis, atque etiam est in eo gloria omnis 20 nominis, quod est in dextro, et eorum, qui sunt omnes in μεσω, atque etiam est in eo gloria omnis nominis magni αορατου, qui est magnus προπατωρ, atque etiam μυστηριου trium τριδυναμεων, atque etiam μυστηριου eorum τοπου totius, atque etiam μυστηριου eorum αορατων 25 omnium et versantium omnium in decimo tertio αιωνων, atque etiam nomen duodecim αιωνων, atque etiam eorum αρχοντων omnium, atque etiam eorum αρχαγγελων omnium, atque etiam eorum αγγελων omnium, atque etiam ver-

2. μυστηριου (add. omnium P.) 2. προβολαι omnes (vel: προβολων omnium P.) 4. quod (delendum videtur „quod“ P.) 14. eorum (earum P.) 14. σωτηρες (σωτηρων? P.) 15. ταξεις ταξεων (ταξεων των ταξεων? P.) 16. arbores (arborum? P.) 17. tria (trium? P.) 17. σωτηρ (σωτηρος? P.) 25. in MS. legitur γῆ πλεον λη ψωμητε πι π αιων vitiouse, cf. κῆ, ή.

santium omnium in duodecim *αιωσιν*, atque *μυστηρίου* omne nominis versantium omnium in *εἰμαρμενῇ* et in caelis omnibus, et *μυστηρίου* totum nominis versantium omnium in *σφαιρᾷ*, atque etiam eorum *στερεωμάτος* et horum, qui in iis, omnium, atque etiam eorum *τοπῶν* omnium. En 5 igitur, misimus tibi hoc *ενδύμα*, quod nemo cognovit inde a primo praecepto desuper, propterea quod splendor eius luminis erat oecultus in eo, neque *σφαιραὶ* et *τόποι* omnes inde a primo praecepto desuper. Festina 10 igitur, indue hoc *ενδύμα*; veni ad nos, nam indigemus te, ut induamus te *ενδύμασι* duobus per *κελευσῖν* primi *μυστηρίου*, usque dum eius tempus impleretur statutum ab Ineffabili. Ecce 20 igitur impletum est eius tempus. Veni igitur ad nos cito, ut induamus tibi ea, usque dum absolvias *διακονίαν* omnem perfectionis primi *μυστηρίου*, statutam ab Ineffabili. Veni ad nos cito, induemus ea tibi *κατὰ κελευσῖν* primi *μυστηρίου*; adhuc enim (*ετι γαρ*) minimum (*ελαχιστὸν*) tempus est. Venis ad nos, et relinques *κοσμον*. Veni igitur, cito accipies tuam gloriam omnem, quae gloria est primi *μυστηρίου*.

Factum igitur est, quum viderem *μυστηρίου* horum verborum omnium in meo *ενδύματι*, quod misit mihi, indui istud hora illa. Et factus sum lumen quam maxime, et volavi in altitudinem, et veni ad *πυλὴν στερεωμάτος*, factus lumen quam maxime, nullus modus lumi- 25 mini, quo eram. Atque commotae super se invicem omnes *πυλαι στερεωμάτος*, apertae sunt omnes simul. Et *ἀρχοντες* omnes et *εξουσιαι* omnes atque *αγγελοι* omnes,

4. *σερεωμάτος* (*σερεωμάτων* P.) 10. *ενδύμα* (add. tibi P.)  
 10. indigemus te (cf. supra pag. 12. l. 15. et 22. P.) 11. *ενδύμασι* (add. tuis P.) 12. in margine addita legis: quae sunt tibi inde ab initio apud primum *μυστηρίου*. 12. eius tempus (hic et lin. sq. redundat „cuius” P.) 16. veni (add. igitur P.) 22. meo (non legitur „meo” in textu P.) 27. omnes

qui in eo, perturbati sunt omnes simul propter magnum lumen, quod erat mihi. Atque intuiti in *ενδυμα* luminis, quo eram indutus, quod erat lumen, viderunt *μυστηριον*, super quod eorum nomina, timuerunt quam maxime, 5 et soluta sunt eorum vineula omnia, quibus erant cincti, atque unusquisque cessavit in sua *ταξει*, et prosternentes se omnes coram me, adorarunt me dicentes: quomodo mutavit nos dominus universi haud scientes? Et cecinerunt *ύμνους* (*ύμνευε*) omnes simul interno internorum. Me autem (*δε*) haud videbant, sed (*αλλα*) videbant lumen tantummodo, et erant in magno timore, et perturbabantur maxime, et cecinerunt *ύμνους* interno internorum.

Relicto vero (*δε*) loco illo, adseendi in primam *σφαιραν*, factus (in Copt. *εĩo = ων*) lumen quam maxime, plus quam, quo splendui in *στερεωματι*, quadragies novies.

Factum igitur est, quoniam venisse ad *πυλην* primae *σφαιρας*, commotae sunt eius *πυλαι* et apertae sunt ipsae sponte simul. Intravi in *οικους σφαιρας*, exhibens lumen 20 quam maxime, nullus modus lumi, quod erat mihi, et perturbati sunt super se invicem *αρχευτες* omnes et versantes omnes in *σφαιρα* illa, et conspexerunt magnum lumen, quod erat mihi. Et intuiti in meum *ενδυμα*, viderunt *μυστηριον* sui nominis in eo, et conturbati sunt 25 magis. Et fuerunt in magno timore, dicentes, *πως* dominus universi mutavit nos, haud seios? Et soluta sunt vineula eorum omnia, atque etiam eorum *τοποι*, eorumque *ταξεις*. Et unusquisque cessavit in sua *ταξει*. Prosternentes se omnes simul adorarunt me coram me aut 30 coram meo *ενδυματι*. Et cantarunt *ύμνους* omnes simul interno internorum, versantes in magno timore et in  
 (non legitur „omnes“ in textu P.) 4. nomina (nomen P.)  
 6. *ταξει* (vel: reliquit suam *ταξιν* P.) 28. *ταξει* (vel: reliquit suam *ταξιν* P.)

magna perturbatione. Et relieto illo loeo, veni ad πυλην secundae σφαιρας, quae est ειμαρμενη. Commotae autem ( $\delta\varepsilon$ ) sunt eius πυλαι omnes et apertae sunt inter se invicem. Et ingressus sum in οικους ειμαρμενης, factus lumen quam maxime, nullus modus lumini, quod erat mihi. 5 Eram enim ( $\gamma\alpha\rho$ ) lux in ειμαρμενη maior quam σφαιρα quadragies novies. Et perturbati sunt αρχοντες omnes et versantes omnes in ειμαρμενη, et ceciderunt super se omnes, fuerunt in magno timore, videntes magnum lumen, quod erat mihi. Et intuiti in meum ενδυμα lucidum, viderunt μυστηριον sui nominis in meo ενδυματι, et magis perturbati, fuerunt in magno timore, dicentes: quomodo dominus universi mutavit nos, haud scientes? et soluta sunt vineula omnia eorum τοπω, eorumque ταξιδεων, eorumque οικων. Venerunt omnes simul, proster- 15 nentes se adorauunt me coram me. Et eeeinerunt υμ-  
23 νους omnes simul interno internorum, versantes in magno timore et in magna perturbatione.

Relicto loeo illo, adscendens ad magnos αιωνας αρχοντων, veni ad eorum καταπετασμata, eorumque πυλαι, exhibens lumen quam maxime, nullus modus lumini, quod erat mihi. Factum igitur est, quum pervenissem ad duodecim αιωνας, commota sunt super se invicem eorum καταπετασμata, eorumque πυλαι. Contracta sunt sola sponte καταπετασμata, et eorum πυλαι apertae sunt 25 super se invicem. Et ingressus sum ad αιωνας, factus ( $\omega\nu$ ) lumen quam maxime, nullus modus lumini, quod erat mihi, maius quam lumen, quo splendui in οικω ειμαρμενης quadragies novies. Atque eorum αγγελοι omnes et αιωνες, eorumque αρχαγγελοι, eorumque αρχοντες, eo- 30

9. omnes (deleatur „omnes” et addatur „invicem” P.)  
 9. timore (add. „valde” P.) 20. eorumque (atque etiam corum P.) 21. maxime (add. „et” P.) 24. eorumque (atque etiam corum P.) 28. οικω (οικοις cf. supra l. 4. P.)

rumque dii, eorumque domini, eorumque εξουσιαι, eorumque τυραννοι, eorumque vires, eorumque σπινθηρες, eorumque φωστηρες, eorumque χωριστουνγοι, eorumque αρατοι, atque etiam eorum προπατορες, eorumque τριδυναμοι viderunt me, qui eram lux quam maxime, nullus modus luminis, quod erat mihi. Et perturbati sunt super se invicem. Et magnus timor eecidit in eos, videntes magnum lumen, quod erat mihi. Et eorum magna perturbatio et magnus timor pervenerunt ad τοπον magni 24  
 10 προπατορος etiam αρατου atque trium magnorum τριδυναμων.  
 Prae magno vero ( $\delta\varepsilon$ ) timore perturbationis eorum haud destitit currere huc et illuc in suo τοπῳ magnus προπατωρ ipse et tres τριδυναμοι, neque potuerunt claudere suos τοπους omnes prae magno timore, in quo erant, et commoverunt suos αιωνας omnes simul, suasque σφαιρας omnes, suasque κοσμησεις omnes, timentes et perturbati maxime propter magnum lumen, quod erat mihi, haud sicut tempore, quo erat mihi versanti in terra hominum, quum veniret super me ενδυμα lueidum. Non poterat enim ( $\gamma\alpha\sigma$ ) susserre lumen, sieut est in sua αληθειᾳ, aliquin κοσμος dissolveretur et qui in eo omnes simul. Sed ( $\alpha\lambda\lambda\alpha$ ) lumen, quod erat mihi in duodecim αιωνι, maius quam quod fuit mihi in κοσμῳ apud vos octies millies et septies centies.  
 25 Factum igitur est, quum versantes omnes in duodecim αιωνι, quum viderent magnum lumen, quod erat mihi, perturbati sunt omnes super se invicem, et concurrerunt huc et illuc in αιωνι, atque eommoti sunt super se invicem αιωνες omnes et eaela omnia eorumque 30 κοσμησις tota prae magno timore, qui erat iis, propterea haud eognoverunt μυστηριον, quod factum est. — Atque

9. et magnus (add. „eorum” P.) 10. atque (add. „etiam”)  
 P. 20. γασ (add. κοσμος P.) 24. centies (.....decies millies  
 P.) 30. propterea (add. „quod” P.)

Adamas, magnus *τυραννος*, et *τυραννοι* omnes, qui sunt in *αιωσιν* omnibus, incepérunt *πολεμειν* ineassum contra lumen. Et nescierunt, quocum *επολεμησαν*, propterea quod non videbant quemquam praeter lucein praestantissimam. Factum igitur est, quum belligerarent (*πολεμι*) contra 5 lumen (Copt. ad verbum: in lumine), desponderunt omnes secum invicem, et delapsi in *αιωσι*, facti sunt sicut incolae terrae mortui, quibus nullus halitus. Et sustuli partem tertiam ex (Copt. in) eorum omnium vi, ut ne valerent (*ενεργι*) in suis *πραξεσι* malis, et ne, si forte 10 homines, qui in *κοσμῳ*, invocaverint (*επικαλει*) eos in illorum *μυστηριοις*, quae portarant desuper *αγγελοι* peccantes (Copt. *παραβα* = *παραβαιωντες*), quorum (scil. hæc *μυστηρια*) sunt *μαγια*, — ne igitur, si invocaverint (*επικαλει*) eos in suis *πραξεσι* malis, possent perficere eas (sc. *πραξεις*); 15 et *ειμαρμενην* atque *σφαιραν*, quae sunt dominæ eorum, mutavi et reddidi eas sex menses conversas in sinistram (sc. partem) atque perfecerunt sua *αποτελεσματα*, et sex menses intuentes in dextram, perficientes sua *αποτελεσματα*; per *κελευσιν* autem (*δε*) primi praecepti et per *κε- 20*

26 *λευσιν* primi *μυστηριου* posuerat eas intuentes sinistram omni tempore Ieū, *επισκοπος* luminis perficientes sua *αποτελεσματα* suasque *πραξεις*. Factum igitur est, quum venissem ad eorum *τοποι*, fuerunt inobedientes (*ατακτι*) et belligerantes (*πολεμι*) contra lumen. Abstuli partem 25 tertiam vis suæ, ut ne possent perficere suas *πραξεις* malas; atque *ειμαρμενην* et *σφαιραν*, quae sunt dominæ eorum, mutavi et posui eas intuentes sinistram sex menses, perficientes sua *αποτελεσματα*, et posui eas alios sex menses eonversas in dextram, perficientes sua *αποτελεσ- 30*

2. с πάμποιι duplīcem habet sensum: et gratis, latiori sensu: nulla præmissa causa et nequidquam. 14. μαγια (vel: quae sunt eorum μαγιαι P.) 23. suasque (atque etiam suas P.)

*ματα.* Haec igitur quum dixisset suis *μαθηταις*, dixit iis: eui sunt aures ad audiendum, audito.

Factum igitur est, quum Mariham audisset haec verba, quae dixit *σωτηρ*, altonite intuita in *αερα* tempus 5 unius horae, dixit: mi domine, *κελευε* milhi, ut loquar in *παρρησιᾳ*. Respondens Iesus misericors dixit Marihamae: Mariham, *μακαρια*, quam absolvam in *μυστηριοις* omnibus quae (sc. pertinent) ad altitudinem, loquere in *παρρησιᾳ*, tu, cuius cor directum in regnum eaelorum 10 magis quam omnium tuorum fratrum.

Tοτε dixit Mariham *σωτηρι*: mi domine! Sermonem, quem dixisti nobis: „cui sunt aures ad audiendum, audito,” 27 dicis, ut intelligamus (*νοι*) sermonem, quem dixisti. Audi igitur, mi domine! Dicam in *παρρησιᾳ* sermonem, quem 15 dixisti, scilicet: Abstuli partem tertiam in vi *αρχοντων των αιωνων* omnium, atque mutavi eorum *είμαρμενην*, eorumque *σφαιραν*, quae sunt dominae illorum, ut, si invocaverit (*επικαλει*) eos genus (*γένος*) hominum in corum *μυστηριοις*, quae docuerunt eos *αγγελοι* peccantes (*παραβατεις*) 20 ad perficienda sua facinora mala et *ανομα* in *μυστηριω* sua*μαγιας*, — ut ne possent inde ab hae hora perficieere sua facinora *ανομα*, nam abstulisti eorum vim iis, et eorum ordinatores horae, eorumque divinatores, et hos, qui monstrant hominibus, qui in *κοσμω*, res omnes futuras, 25 ut ne habeant facultatem (*νοει*) inde ab hae hora monstrandi iis quidquam futurum, quoniam mutasti eorum *σφαιραν*, atque reddidisti eos sex menses conversos in sinistram, perficientes sua *αποτελεσματα*, et alios sex menses intuentes dextram, perficientes sua *αποτελεσματα* — 30 de hoe sermone igitur, mi domine! locuta est hoe modo vis, quae in Esaia, *προφητη*, et protulit eum in *παραβολη*

5. unius (superflua videtur vox „unius” P.) 21. ut ne (add. igitur P.) 27. *σφαιραν* (*σφαιρας* P.) 31. cf. Ies. 19, 1. 3. 12. P.

πνευματικῷ tempore, quo dixit de ὄρασι Aegypti, id est: „Ubi igitur, Aegypte, ubi sunt tui divinatores, et ordinatores horae, et hi, quos voeant e terra, et hi, quos vocant ex sese? Monstranto tibi igitur facinora, quae perpetrabit dominus Sabaoth.” Fuit προφητευούσα igitur, antequam venires, vis, quae in Esaia, προφητῇ, fuit προφητευούσα tibi, te ablaturum esse vim αρχοντῶν τῶν αἰωνῶν atque mutaturum eorum σφαιραν eorumque εἱμαρμένην, ut ne scirent quidquam inde ab hac hora. De hoc ipso dixit: „Nescietis igitur quid dominus Sabaoth facturus sit”: quod hoc est: nullus αρχαν sciit haec, quae facies inde ab hac hora, quae eadem sunt Aegyptus, quoniam eadem sunt ὑλη inefficax, quae in Esaia, quae προφητευούσα tibi tempore, quo dixit: „nescietis igitur inde ab hac hora haec, quae faciet dominus Sabaoth,” de vi luminis, quam sumsistī a Sabaotho, αγαθῷ, qui est in τοπῷ dextro, quae est in tuo σωματί ὑλικῷ hodie. Propter hoc igitur dixisti nobis, mi domine Iesu! „cui sunt aures ad audiendum, auditō!” quoniam scies, cuiusnam eorum aeriter intendit in regnum caelorum.

Factum igitur est, quum Maria cessasset dieere haec verba, dixit: εὐγε Maria! quoniam μακαρίς tu prae mulieribus omnibus, quae in terra, nam tu futura est πληρώμα πληρωμάτων omnium et finis finium omnium.

Quum Maria vero (δε) audisset σωτῆρα loqui haec verba, laetata est maxime, et progressa ad Iesum prostravit se eoram eo, adoravit eius pedes dicens ei: mi domine! Audi me, interrogabo te hoc verbum, te nondum locuto nobiscum de τοποῖς, in quos ivisti.

Respondens Jesus dixit Marihamae: loquere in παρέρησιᾳ, neve time; res omnes, quas quaesieris, revelabo

3. quos vocant (vel potius: qui vocant P.) 4. igitur (add. inde ab hac hora P.) 14. quo dixit (dicens P.) 19. quoniam scies (vel: ut scias P.) 23. tu (add. es, quae P.)

tibi. Dixit: mi domine! Homines omnes scientes μυστηρίου μαγιας ἀρχοντῶν των αἰωνῶν omnium, et μαγιας ἀρχοντῶν εἰμαρμενῆς corumque qui (sc. pertinent) ad σφαιραν, sicut docuerunt eos αγγελοι παραβάντες, et si επικαλωσιν 5 eos in suis μυστηρίοις, quae sunt eorum μαγιαi malac, ad impedienda facinora bona — perficient ea hoc tempore, nec ne?

Respondens δὲ Iesus dixit Mariac: Non perficient ea, sicut perficiebant ea inde ab initio, quod abstuli partem 10 tertiam in eorum vi. Sed (αλλα) facient culpam in his qui norunt μυστηρία μαγιας decimi tertii αἰωνος. Perficient ea καλῶς, accurate, quia non abstuli vim in τοπῷ illo κατα κελευσιν primi μυστηρίου.

Factum vero (δε) est, quum cessasset Iesus dicere 15 haec verba, perrexit Maria dixit: mi domine! num ordinatores horae et divinatores, num monstrabunt hominibus quod futurum sit iis inde ab hoc tempore? Respondens autem (δε) Iesus dixit Mariac: Si ordinatores horae inciderint in εἰμαρμενῇ et σφαιρᾳ conversas in 20 in sinistram κατα primam carum emanationem, dicta sua απαντᾳ et dicent quod oportet fieri; sin vero απαντᾳ εἰμαρμενῃ aut σφαιρᾳ conversis in dextram, haud nanciscuntur quidquam veri, quoniam converti carum αποτελεσματα et carum quatuor angulos, carumque tres 25 angulos, et carum octo figuras; επειδη manserant carum αποτελεσματα ab initio conversa in sinistram, earumque quatuor anguli, earumque tres anguli, et octo carum figurac. Nunc autem (δε) reddidi eas sex menses conversas in sinistram et sex menses conversas in dextram.

2. Inter αρχοντῶν et των (add. omnium P.) 4. sicut (ad verbum: κατα modum, quo P.) 10. culpam (praetextum? P.) 11. αἰωνος (add. et si επικαλωσι μυστηρία μαγιας corum, qui s. quae sunt in decimo tertio αἰωνι, P.) 15. num (vel potius: an non P.)

Qui igitur invenerit earum numerum inde a tempore,  
 quo mutavi eas, constituens eas, ut sex menses intue-  
 antur sua μερη sinistra, et sex menses intueantur suas  
 31 vias dextras, qui igitur animadverterit eas hoc modo,  
 sciet earum αποτελεσματα accurate et proferet res omnes, 5  
 quas facient. Ὁμοιως quoque divinatores, si επικαλωτι  
 nomen αρχοντων, ut απαντωσιν iis intuentes in sinistram.  
 Res omnes, de quibus interrogaverint eorum δεκανους,  
 dicent iis accurate. Quodsi earum divinatores επικαλωτιν  
 eorum nomina intuentes in dextram, non audient eos 10  
 intuentes in aliam figuram παρα primam eorum disposi-  
 tionem, in qua constituit ea Ιεῦ, επειδη̄ alia eorum no-  
 mina conversa in sinistram, et alia eorum nomina con-  
 versa in dextram. Et si επικαλωτιν eos conversi in dex-  
 tram, haud accipient veritatem sibi, sed (αλλα) in per-  
 turbatione perturbabunt eos, et in απειλῃ απειλησουσιν 15  
 iis, haud scientibus igitur eorum vias conversas in dex-  
 tram, eorumque tres angulos, eorumque quatuor an-  
 gulos, eorumque figurae omnes. Haud invenient quid-  
 quam veri, sed (αλλα) perturbabuntur in magna pertur-  
 batione, atque erunt in magna πλωγη̄, et errabunt in 20  
 magno errore, quoniam facinora, quae fecerunt hoc tem-  
 pore in suis quatuor angulis conversae in sinistram, in  
 quibus permanserant facientes ea conversae in sinistram,  
 mutavi nunc, et reddidi eas sex menses facientes sua 25  
 σχηματα omnia conversas in dextram, ut pertubarentur  
 32 perturbatione in sua completione, atque etiam reddidi

15. Cave ne referas ad verbum ρε, interpretans: haud  
 dicent, quoniam sqq. cennap̄ γεα μοοσ et cennanesis e poos,  
 monstrant, caelestia nomina et perturbare et comminari, infra  
 enim in loco parallelo habes: cennastī λαασ αη με. 17. vias  
 conversas (viam couversis P.) 18. eorumque et tres (alique  
 etiam eorum P.) 23. sinistram (add. et in suis tribus angulis,  
 et in suis octo figuris P.) 25. mutavi (add. ea P.) 27. com-

eas sex menses conversas in sinistram facientes facinora suorum αποτελεσματων, suorumque σχηματων omnium, ut in perturbatione perturbarentur, atque in πλανη πλανωσιν αρχοντες, qui sunt in αιωσι, et in sua σφαιρα, et in suis caelis, et in suis τοπαισ omnibus, ut ne νοωσι suam viam ipsi.

Factum igitur est, Iesu cessante dieere haec verba, Philippus sedens seripsit verba omnia, quae Jesus dixit — factum igitur est post haec, Philippus progressus 10 prostravit se, adoravit pedes Iesu dicens: Mi domine, σωτερ, da εξουσιαν mihi loquendi coram te et interrogandi te hoc verbum, quod nondum locutus es nobiscum de τοπαισ, in quos ivisti propter tuam διακονιαν. Respondens σωτηρ misericors dixit Philippo: εξουσια data 15 tibi proferendi, quod vis, verbi. Respondens vero (δε) Philippus dixit Iesu: Mi domine, propter quodnam μυστηριον mutasti colligationem αρχοντων, eorumque αιωνων, eorumque ειμαρμενης, eorumque σφαιρας, eorumque τοπων omnium, atque reddidisti eos perturbatos in sua via et 20 πλανωσι in suo δρομω, — hoc igitur fecisti iis propter salutem κοσμου, nec ne?

Respondens autem (δε) Jesus dixit Philippo et μαθηταισ omnibus simul: Mutavi eorum viam in salutem animarum (ψυχων) omnium: αμην, αμην, dico vobis, nisi 25 mutasse corum viam, perdituri essent multitudinem animarum (ψυχων), et transegissent multum tempus (χρονον) haud soluti αρχοντες αιωνων, et αρχοντες ειμαρμενης et σφαιρας, atque etiam eorum τοπαι omnes, eorumque caela omnia, eorumque αιωνες omnes, nec non ψυχαι trans- 30 egissent multum tempus extra hunc loeum, atque cesse pletione (add. tota P.) 4. in sua σφαιραι (in suis σφαιραις P.) 20. πλανωσι (vel: επλανησαι P.) 29. αιωνες omnes (vel: τοπων omnium, eorumque caelorum omnium, eorumque αιωνων omnium P.)

casset absolvit *αριθμος ψυχων τελειων*, quae referentur in κληρονομιαν altitudinis a μυστηριῳ, eruntque in θηταιρῳ luminis. Propter hoc igitur mutavi eorum viam, ut perturbarentur et, ut commoti amitterent vim, quae est in ύλῃ eorum κοσμου, quam faciunt ψυχην, ut purgarentur cito et eveherentur ad hos, qui sunt servandi, ipsi et vis tota, et uti dissolverentur cito hi, qui non sunt servandi.

- Factum vero est, quum Iesus cessasset dicere haec verba suis μαθηταις, progressa Maria, pulchra in sua locutione, et μακαρια, prostravit se ad pedes Iesu, dixit:
- 34 Mi domine, ανεχε me, ut loquar eoram te, neve iraseere mihi, quod procreo molestiam tibi saepe interrogans te. Respondens σωτηρ in misericordia dixit Mariae: dic verbum, quod vis, et ego revelabo id tibi in παρρησιᾳ: Respondens vero (δε) Maria dixit Iesu: Mi domine! quomodo ψυχαι moratae essent extra hunc locum? aut quonam modo purgabunt eos cito? Respondens vero (δε) Iesus dixit Mariae: ευγε Maria! quaeris καλως in tua interrogatione bona, et præches lueem rebus omnibus diligentia et ακριβειᾳ. Nune igitur haud celabo quidquam vos inde ab hæ hora, sed (αλλα) revelabo res omnes vobis industria et in παρρησιᾳ. Audi igitur Maria, et percipite vocem vos μαθηται omnes. Antequam divulgassem nuntium αρχουσιν omnibus αιωνων et αρχουσιν omnibus είμαρμενης et σφαιρας, ligati erant omnes suis vinculis et suis σφαιραις suisque σφραγισι κατα modum, quo ligavit eos inde ab initio Ιεῦ, επισκοπος luminis et unusquisque eorum permanebat in sua ταξει atque unusquisque ambulabat in suo δρομῳ κατα modum, quo dispositus eos Ιεῦ, επισκοπος luminis. Et quum venisset tempus αριθμου Melchisedeci, magni παραλημπτορος lumi-
2. a μυστηριῳ (αμυστηριοις P.) 9. vero (igitur P.) 25. αιωνων et (atque etiam P.) 30. in suo δρομῳ (κατα suum δρομον P.)

nis, veniebat in medium αιωνων et αρχοντων omnium, ligatorum in σφαιρα et είμαρμενη atque abstulit purum lumen ab αρχοντιν omnibus αιωνων et ab αρχοντιν omnibus είμαρμενης et σφαιρας. Abstulit enim (γαρ) ibi hoc,  
 5 quod turbavit eos. Et excitavit σπουδαστην, qui super eos, ut converteret eorum κυκλους cito, et abstulit eorum vim, quae in iis, et halitum eorum oris et lacrimas eorum oculorum atque etiam sudorem eorum σωματων. Et Melchisedec, παραληπτωρ lucis, purgavit  
 10 vires illas, ut portaret eorum lumen in θησαυρον luminis, atque eorum cunctorum ύλην collegerunt λειτουργοι αρχοντων omnium, et acceperunt λειτουργοι αρχοντων omnium είμαρμενης et λειτουργοι σφαιρας, qui infra αιωνας, ut inde facerent ψυχην hominum, et pecorum, et reptilium, et  
 15 bestiarum (θηριων), et avium, atque mitterent in κοσμον hominum. Atque etiam παραληπτορες solis et παραληπτορε lunae, quum adspexissent caelum, ut viderent σχημata viarum αιωνων et σχημata είμαρμενης et σφαιρας et  
 20 abstulisse eum vim luminis ab istis, et pararunt se παραληπτορε solis, ut dimitterent illud, usque dum darent παραληπτορι Melchisedeci. Purum lumen eorumque ύλικην faciem tulerunt in σφαιραν, quae est infra αιωνας, ut facherent (inde) ψυχην hominum, atque etiam ut facherent (inde) reptilia et pecora et bestias (θηρια) et  
 25 aves κατα κυκλον αρχοντων σφαιρας illius et κατα σχημata omnia illorum conversionis, et ut deicerent ea in κοσμον hominum, et ut fierent ψυχαι in τοπῳ illo κατα modum,

7. oris et (atque etiam P.) 10. eorum (vel: earum P.)  
 14. ψυχην (ψυχας P.) 19. abstulisse cum (vel: abstulissent s. abstulerunt cf. nota textui h. l. subiecta. At si lectionem Codicis tñemur: abstulisset sc. Melchisedek. cf. l. 1sq. P.) 20. dimitterent (vel: deponerent P.) 21. Purum lumen (vel potius: Melchisedeci, purgatoris luminis P.) 23. ψυχην (ψυχας P.) 26. illorum conversionis (conversionis eius scil.

quem iam dixi vobis. Haec igitur perficiebant perseverantes, antequam eorum vis diminueretur in iis et debilitaretur et *ατονησωσιν* et fierent impotentes. Factum igitur est, quum fierent impotentes et vis sua cessaret in iis, et ut fierent debiles in sua vi, et ut cessaret lumen, 5 quod est in eorum *τοπῷ*, et ut regnum suum dissolvetur atque universum evheretur cito — factum igitur est, quum cognoscent haec pro tempore, et quum factus esset *αριθμός ψυφοῦ* Melchisedeci, *παραλημπτόρος*, veniebat iterum, ut intraret in medium *αρχοντῶν αἰωνῶν* omnium 10 et in medium *αρχοντῶν* omnium *εἰμαρμενῆς* atque *σφαιρᾶς* et turbavit eos ad remittendos eorum *κυκλους* celesteriter, — et illio *θλιβουσί*, ut cicerent vim ex se, ex halitu sui oris, et ex lacrimis suorum oculorum et ex sudore suorum *σωμάτων*. Et purgavit ea Melchisedec 15 *παραλημπτῷ* luminis *κατὰ* modum, quem fecit perseverans, et serebat eorum lumen in *θησαυρὸν* luminis, et ὑλὴν faecis (aut erroris) eorum *αρχοντες* omnes *αἰωνῶν* et *αρχοντες εἰμαρμενῆς* et *σφαιρᾶς* circumdedere, ut devorarent eam, et laud siverunt ire, ut fierent *ψυχαι* in 20 *κοσμῷ*; devorarunt igitur illorum ὑλὴν, ut ne fierent impotentes, (sc. μη) *ατονωσιν*, atque vis sua cessaret in iis et regnum suum dissolveretur; sed devorarunt eam, ut ne dissolverentur, sed (*αλλα*) morarentur, ut facerent longum tempus (i. e. moram) huic perfectioni *αριθμοῦ* 25 *ψυχῶν τελειῶν*, quae erunt in *θησαυρῷ* luminis. Factum igitur est, quum *αρχοντες αἰωνῶν* et *εἰμαρμενῆς* et *σφαιρᾶς* perseverarent facientes hunc *τυπον*, convertentes seinet, edentes faciem (aut errorem) suae ὑλῆς, laud sinentes fieri *ψυχῆν* in *κοσμῷ* hominum, ut diutius essent reges 30 (aut regnarent), et ut essent longum tempus extra hunc *σφαιρᾶς* P.) 3. et fierent (aut P.) 4. cessaret (rectius: inciperet — *αρχή* i. e. *γρῖζατο* — cessare P.) 5. cessaret (add. ipsorum P.)

